

No. 69 Paris, hospital of St Lazarus

Notification that he has granted to the sick brothers of St Lazarus at Paris two shillings, five pence halfpenny from his annual rents in the city. [1141 × 1159]

B = Cartulary of St-Lazare-de-Paris, Paris, Archives nationales MM 210, fos 32v-33r (s. xiii).

Printed, *Cartulaire général de Paris, 528-1180*, ed. R. de Lasteyrie (Paris, 1887), 284, no. 295. Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 656, no. 25.

B

G. comes Mell(enti) omnibus amicis et hominibus et ministris suis. salutem. Sciatis me dedisse et inperpetuam elemosinam concessisse fratribus infirmis Parisius de sancto Lazaro, ii. solidos et v. denarios et obolum de censibus eorum quos mihi per annum reddebant. Volo igitur et precipio ut habeant et teneant illud ita bene et ita in pace et ita honorifice, cum omnibus consuetudinibus ad illud pertinentibus sicut tenebam^a quando erat in meo dominio. T(estibus). Roberto de Nouo burgo. et Rad(ulfo) de Monte aureo^b. et Rogero et Balduino capellanis.

^a fo. 33r. B. ^b Monte auro B.

No. 70 Paris, abbey of St Victor

Notification that the count has granted forty shillings in alms to the abbey from the rents he has in Paris at Monceau-St-Gervais, payable on 13 January. His brother Hugh was present at this and conceded it. [1138]

A = Paris, Archives nationales, L 893, no. 28.

170 × 200 + **mm, seal on white leather tag. Endorsed: .G. de dono comitis de Mellent (s. xiii); Gualeranni comitis de Mellent de dono ipsius apud sanctum Geruasium Par' (s. xiv). Seal. Round, 87mm diam. Red wax. Equestrian figure to right, wielding sword kite-shaped shield to front, horse uncaparisoned. Legend: +SIGILLVM GVALERANNI COMITIS MELLENTI.

B = Cartulary of St-Victoire-de-Paris, Paris, Archives nationales, LL 1450, fo. 56v (s. xiii).

C = Paris, Bibliothèque nationale ms latin 14679, p. 179 (s. xvii). D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection Baluze, 55, fo. 266r (s. xvii). E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 401 (s. xviii^{inc}). F = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 128r (s. xviii^{inc}).

Printed, *Cartulaire général de Paris*, ed. R. de Lasteyrie (Paris, 1887), 281-2; E. King, 'Waleran, count of Meulan, earl of Worcester (1104-1166)' in, *Tradition and Change. Essays in honour of Marjorie Chibnall*, ed. D. Greenway and others (Cambridge, 1985), 176-7.

Noticed, *Cartulaire de l'abbaye de St-Martin de Pontoise*, ed. J. Depoin (Pontoise, 1895), 316; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 655-6, no. 24.

A

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Nouerint omnes tam posterii quam presentes quod ego Walerannus dei gratia comes Mellenti pro remedio anime mee et pro animabus patris et matris mee et antecessorum meorum quandam elemosinam feci et ecclesie beati Victoris Parisiensis de censu quem in Monscello sancti Geruasii Parisius habeo quadraginta solidos per singulos annos in festiuitate sancti Remigii in perpetuum dedi. Huic autem dono Hugo frater meus interfuit et concessit et ne hoc donum possit in posterum obliuione deleri scripto commendatum et sigilli nostri est impressione firmatum. Hec sunt nomina eorum qui huic dono presentes fuerunt. Baldricus de Nemore. Guillelmus buticularius. Henricus de Ferrariis. Hugo de Ferrariis. Gualerannus de Mellento. Galterus de Bellocampo. Robertus buticularius. Theobaldus filius Stephani mariscalcii. Guillelmus filius Frogerii qui tunc temporis quando donum hoc feci meus prefectus fuit. Tebertus filius Bernardi. Drogo de Ripa et Renuardus frater eius. Balduinus Flandrensis.

For date see King 'Waleran, count of Meulan, earl of Worcester (1104-1166)'

No. 71 Paris, abbey of St Victor

Notification orders to his prévôts of Paris that they should fully pay to the abbey an annual sum of forty shillings from his rents in Paris on the same day he receives his rents. He prohibits the late payment upon the pain of forfeiture. [1141 × 1146]

A = Paris, Archives nationales, L 892, no. 20.

140 × 134 + 20mm. Three holes punched centrally for a white leather tag, 10mm wide, retaining seal. Endorsed: comitis Mellenti de .xl. solidis (s.xiii); comitis Mellent' de xl. solidis (s. xv-xvi). Seal. Round, yellow wax, 90mm diam. (approx). Obverse: an equestrian figure to right wielding sword with a kite-shaped shield to front, the horse caparisoned a checky design on the saddle cloth. Legend: +SIGILLVM GVALERAN[NI COMIT]IS MELLENTI. Reverse: an equestrian figure to right bearing a banner, both it and the banner, shield, saddlecloth and surcoat bearing a checky device, streamer attached to the figure's right wrist. Legend: +SIGILLVM GVA[LE]RĀNNI COMITIS WIGORNIE.

Printed, *Cartulaire général de Paris*, ed. R. de Lasteyrie (Paris, 1887), 283-4; E. King, 'Waleran, count of Meulan, earl of Worcester (1104-1166)' in, *Tradition and Change. Essays in honour of Marjorie Chibnall*, ed. D. Greenway and others (Cambridge, 1985), 180; D. Crouch, 'Between Three Realms: the acts of Waleran II, count of Meulan and Worcester' in, *Records, Administration and Aristocratic Society in the Anglo-Norman Realm*, ed. D. Crook and N. Vincent (Woodbridge, 2009), 89-90.

A

Gualerannus comes Mellenti omnibus prepositis suis Paris(iensibus) salutem. Precipio uobis quod per singulos annos bene et plenarie reddatis ecclesie sancti Victoris .xl. solidos. quos de censu meo quem Parisius habeo. eidem ecclesie et canonicis ibidem deo seruientibus in elemosinam dedi et carta mea sigillo meo signata inperpetuum confirmaui. et eadem die reddatis qua census meos recipietis. Et prohibeo super amorem meum et super forefacturam peccunie uestre ne ultra predictum diem detineatis. Testes. Rob(ertus) de Nouabur(go) et Will(elmus) de Pino. et Rob(ertus) de Fur(mouilla). et Rogero capellano.

No. 72 Paris, abbey of St Victor

Notification similar to the above. [1141 × 1146]

A = Paris, Archives nationales, K 23, no. 15²⁰.

157 × 38mm, traces of sealing trimmed away. Endorsed: .hh. de xl solidis quos dedit nobis comes de Mellent (s. xiii)

Printed, *Monuments Historiques*, ed. J. Tardif (Paris, 1866), 272; E. King, 'Waleran, count of Meulan, earl of Worcester (1104-1166)' in, *Tradition and Change. Essays in honour of Marjorie Chibnall*, ed. D. Greenway and others (Cambridge, 1985), 180-1.

A

G. comes Medlenti omnibus prepositis suis Paris(iensibus) salutem. Precipio uobis quod per singulos annos bene et plenarie reddatis ecclesie sancti Victoris .xl. solidos. quos eidem ecclesie et canonicis ibidem deo seruientibus dedi et carta mea in perpetuum confirmaui. et eadem die qua census meos recipietis. Et prohibeo super amorem meum et super forefacturam pecunie uestre ne ulterius detineatis. Testibus. Roberto de Nouabur(go) et Will(elmo) de Pino. et Rob(erto) de Fur(mouilla). et Rogero capellano.

No. 73 Pontaudemer, Master Aubrey de

Notification that with the agreement of his wife Agnes, the count has granted to M. Aubrey a certain house site next to the wall (of the town of Pont Audemer), in which he was accustomed to maintain his prison, but he concedes that it will no longer be there. He also grants Aubrey land on either side of the wall from the arch up to the bridge of the mills, to hold exempt from customary charges and tallage. 1160. [25 December 1159 × 24 March 1161]

A = Rouen, Archives départementales de la Seine-Maritime, 18 HP 1.

240 × 45 + 19mm. Two holes punched centrally for green and white twisted cords retaining fragment of seal. Endorsed: G. comitis Mellent' (s.xiii); Pont' Aud' (s. xiii); Ista facit mentionem de ... no ... net (s. xiii). Seal. Central fragment, white wax varnished brown, preserving nothing distinguishable of the design.

A

Nouerint vniuersi presentes et futuri quod ego .G. comes Melleti dedi et concessi assensu Agnetis uxoris mee Alberico de Ponte Aud(omari) in feodum et hereditatem quandam mansuram terre iuxta meum murum in qua meus carcer solebat fieri. et concessi eidem vt nunquam fiat ibi deinceps. Et dedi eidem Alberico terram que est circa meum murum ab archa usque ad pontem molendinorum tenendam et possidendam sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere et quiete ab omnibus consuetudinibus et tailleis. Et ut hoc ratum permaneat presentem cartam sigilli mei munimine roborau. Actum anno domini M^oC^oLX^o.

Testibus hiis. R. de Formeuill'. G. de Bigart. R. de Manneuill'. Hug(one) villano. Hug(one) Bordel et pluribus aliis.

Must be before December 1160 when Waleran was at war with King Henry II and exiled from Normandy.

No. 74 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his preudommes of Pontaudemer that if they perform what they have undertaken to their sick brothers of St-Gilles in his presence, that is a tax on butter and hides, and from each household in the town on a Sunday a penny from the wealthiest, a halfpenny from the middling sort and a loaf of bread from the least of them, as good as the master of the house would eat, he wishes the prior and sick brothers to receive the town's sick, by his as much as the townsmen's advice. If the townspeople won't live up to this undertaking, the count forbids the hospital from taking in anyone unless he has means to the value of the count's alms in maintaining an existing sick brother. [1146 × 1166]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 14r (s. xiii). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 390 (s. xviii^{inc}) from B. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fos 118v-119r (s. xviii^{inc}) from B.

Printed, G-A. de la Roque, *Histoire généalogique de la maison de Harcourt* (4 vols, Paris, 1663) iii, 38-9; A. Canel, *Histoire de la ville de Pont Audemer* (2 vols, Pontaudemer, 1885) i, 307. Noticed, *Calendar of Documents preserved in France* i, 908-1216, comp. J.H. Round (London, 1899), 84.

B

G. comes Mell(enti) probis hominibus de Ponte Audom(ari). salutem. Si infirmis fratribus nostris sancti Egidii teneretis et teneri feceretis quod eis coram me pepigistis uidelicet beuragium coriorum et de unaquaque domo uille uestre in die dominica ex ditioribus denarium et ex mediocribus obolum et ex minoribus panem secundum quod dominus domus facere poterit, uolo et mihi placet ut prior sancti Egidii et fratres infirmi. infirmos uestros meo tantum et uestro consilio recipiant. Sin autem, prohibeo illis ne aliquem recipiant nisi quantum mea elemosina poterit ualere ad uictum illorum qui fuerunt in domo infirmi.

No. 75 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his prévôts, vicomtes and officers that he has conceded to the lepers of Pontaudemer a householder called Roger fitz Bernard of Brionne to assist in their business dealings as well as a house at Le Pré near Montfort-sur-Risle (Eure) exempt from all custom there, instructing that they hold them in peace. He grants also the church of Sturminster Marshal with tithes and lands for the clothing of the preists and sick brothers of St-Gilles. He also grants four measures of wheat at the mills of Pontaudemer annually. [1135 × 1153] spurious

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fos 7v-8r (s. xiii). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, p. 390 (s. xviii^{inc}) *du chartrier des frères hospitaliers de Pont Audemer*. D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 118v (s. xviii^{inc}).

Printed, G-A. de la Roque, *Histoire généalogique de la maison de Harcourt* (4 vols, Paris, 1663) iii, 38.

BC

Gal(erannus) comes de Mellent(o)^a omnibus prepositis suis et vicecomitibus et ministris et fidelibus suis salutem^b. Concedo^c deo et sancto Egidio et leprosis Ponte Audom(ari)^d quemdam hospitem uidelicet Rogerum filium Bernardi de Brionnia solutum et quietum ad facienda negotia eorum. Do^e etiam in perpetuam elemosinam unam mansionem domus de Prato apud Montem fortem^f soltam et quietam ab omni consuetudine^g apud Montem fortem et precipio ut honorifice et ^hin pace eam^h teneant. Donoⁱ etiam in perpetuam elemosinam ecclesiam de Sturministria cum decimis et terris et omnibus rebus eidem ecclesie pertinentibus ecclesie sancti Egidii de Ponte Audom(ari)^j et sacerdotibus et fratribus informis ibidem seruientibus ad eorum vestitum^k. Do etiam quatuor modios frumenti in molendiis meis de Pont Audomare annuatim reddendos pro salute anime mee et vestrarum in perpetuam eleemosinam.

^a Mellenti C. ^b B. substitutes annuentibus for suis, and salutem is an editorial addition here. ^c Concedit B. C adds etiam. ^d Audomari C. ^e Item, donat B. ^f Montfort' C. ^g B. reads apud Montem fortem et precepit ^{h-h} B. reads et in pace illam ⁱ fo. 8r B. ^j Audomare C. ^k B. ends here.

The act only survives as an obviously abbreviated entry in a pancarte, and it poses dating problems. The mention of the count's control of Montfort dates those grants before 1153, which date does not sit well with the mention of the grant of Sturminster Marshall church, which from Bishop Joscelyn of Salisbury's confirmation most likely happened in the 1160s. The placing of prévôts in the address before vicomtes would be irregular.

No. 76 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his barons, officers and bailiffs that he has conceded the grant of a house in the market place and two backyards attached to it by Robert fitz Richeldis to St-Gilles, with complete possession of the land. The count reserves the customs owed him and his heirs. [1135 × 1166]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 13v (s. xiii).

Printed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 682, and noticed 674, no. 89.

B

Ego Galeranus comes Mell(enti) uolo notum fieri omnibus tam presentibus quam futuris baronibus meis et ministris atque baleiis me concessisse donum Roberti filii Richeldis quod

dedit deo et sancto Egidio de Ponte Audom(ari) domum scilicet unam in mercatorio et duas areas retro appendentes domui de patrimonio suo. Quam terram totam absolute dedit in perpetuam elemosinam predictae ecclesie. Et ego saluis meis et mei heredis consuetudinibus atque iure. hoc concessi eo modo quo concedere soleo ceteris cenobiis per terram meam constitutis.

No. 77 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his son and wife that he has granted four measures of wheat to the sick of the hospital from his mills of Pontaudemer. Forest of Brotonne. [1152 × 1166]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 13v (s. xiii). C = Paris, Archives nationales, S 4847, no. 33 (s. xvi). D = Paris, Archives nationales, S 4847, no. 33 (s. xviii)

Printed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 680, and noticed 674, no. 89, from B. Noticed, *Calendar of Documents preserved in France i, 908-1216*, comp. J.H. Round (London, 1899), 81, from B.

BC

G. comes Mell(enti). Rob(erto) filio suo .A. uxori suo et omnibus hominibus^a suis salutem. Sciatis quod ego dono deo et sancto Egidio et infirmis de Ponte Aud(omari) in molendinis meis de Ponte Aud(omari)^b quatuor modios frumenti annuatim reddendos pro salute anime mee et uestrarum in perpetuam elemosinam.^c Apud Broton'.^d Testibus M. abbate Pratell(ensi) Rogero abbate sancti Wandrigis(illi) et magistro Alberico de Ponte Roberto senescall(o) Radulpho de Manneuilla Will(elm)o de Hangm(ara) et Hugone^e de Sancta Maria Eurardo de Bouill' Hugone^e Villanus.

^a omitted in CD. ^b Ponte C. ^c B. ends here. ^d C. misplaced in text and marked for relocation.

^e Hugo C.

No. 78 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification that he has conceded the grant Odo Malviel and his wife Paveia made in the count's presence to St-Gilles of a full quittance from customs and rights in two houses of their fee in Pontaudemer in Bougerve (St-Germain-Village, Eure, cant. and comm. Pontaudemer) which Robert fitz Richeldis gave the hospital from his own patrimony, with the count's agreement. Odo and Paveia placed their gift on the altar of St Gilles retaining nothing for themselves or their heirs, Odo receiving as acknowledgement ten shillings of the coin of Chartres and Paveia a wimple valued at five shillings. [1142 × 1163]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fos 13v-14r (s. xiii).

Ego Galeranus comes Mell(enti) notum uolo esse tam presentibus quam futuris omnibus matris ecclesie filiis me concessisse et proprii sigilli munimento confirmasse donationem quam in mea fecerunt presentia Odo Maluiel et Paueia uxor sua qui dederunt deo et sancto Egidio in perpetuam elemosinam plenam quietationem et immunitatem totius consuetudinis et iuris atque dominii quod habebant in duabus domibus sui feodi que site sunt apud Pontem Aud(omari) in Bolgerua quas Rob(ertus) filius Richeldis de cuius erant patrimonio meo itidem et ibidem assensu deo et eidem ecclesie sancti Egidii in perpetuam dedit elemosinam. Suam etiam donationem super altare sancti Egidii imposuerunt ita plenarie, quod nichil omnino ad se pertinentes in predictis domibus nec in earum pertinentiis retinuerunt sibi nec heredi. et de recognitione habuit predictus Odo .x. solidos Carnotensis monete. et ipsa Paueia^a peplum unum quinque solidorum.

^a fo. 14r. B.

No. 79 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his prévôts officers and bailiffs that he has conceded the following to the sick brothers of St-Gilles-de-Pontaudemer with the consent of his wife Countess Agnes and his son Robert; thirty pounds annually in the prévôté of Pontaudemer payable as fifty shillings a month; seven marks from the count's rents in England; forty cartloads of wood brought annually at the count's own expense to Pontaudemer; ten acres of alder grove downstream of Pontaudemer; two acres of the count's meadow next to fossam vetularum; a carrucate of land below boscum ardearum; the full second tithe of the wine that comes to the count from his vineyards of Beaumont-le-Roger, Sahurs and Croix-Saint-Leuffroy (Eure), and two-thirds of the second tithe of the wine that comes to him from the Île-de-France, overland or by river; two townsmen as their agents exempt from all custom; the tithe of the count's table in Normandy or England; 3000 herring at Pontaudemer; two carts for carrying wood from the forest of Brotonne (Seine-Maritime) exempt from all custom; a carrucate of land at Brionne exempt and a house-site with some meadow at Montfort-sur-Risle exempt from custom; the church of Sturminster Marshall with its tithes and lands by the grant of the bishop of Salisbury, for the clothing of the priests of St-Gilles; the house that belonged to Roger of Hampton exempt from custom and tallage; a section of the river bank for fishing the Risle at the feast of St Giles. Besides these the count concedes the grants of other people to the brothers and the purchases they made from his lands: the land they bought at Bosgouet (Eure) from the count's squire, Norman; the land they had below boscum ardearum from Robert de Fortmoville in alms for which Robert had seven pounds and four shillings of Chartres coin as an acknowledgement in the count's presence; land next to their meadow Ralph Croc sold them for twelve shillings of Chartres, whose milling Ralph Efflanc quit them for twelve pence of Chartres; land alongside their hospital which William de Vanneocroc and Hugh Harenc gave in alms, with the consent of their sons, brothers and cousins, for which they had three and a half marks as an acknowledgement, and twenty-eight [pence?] sterling, and Richard Harenc had twelve pence, Ralph his brother and Hugh de Baille the same; land of nearly an acre above the hospital which Peter son of Ansger gave them in alms; the land Beatrice daughter of Anschetil the butler sold them for seven marks; the land Ralph Burbote sold them two marks, with exemptions for all the above lands; twenty acres in Épaignes

(Eure) which Thomas de Beaumont and his son gave them with pasture exempt from dues; the land of Thomas de Coudray which gave with the consent of Ralph Efflanc whose fee it was; an embanked wood next to their meadow, which Ralph Efflanc gave them with quittance of their milling in his lands; the land of La Fontaine (Fons) which William de Thibouville gave them; an acre of land Payn de Ste-Marie gave them at the dedication of the church of St Giles; the land Gerold la Pucelle gave them; four acres Richard Bigot gave them on behalf of Gilbert Brocart, a leper, out of Gilbert's inheritance; the grant Naimés de Vals made of four acres on behalf of Roger fitz Robert the Potter, whom Naimés placed in the hospital as a leper, with the count's consent; full quittance on the two houses Odo Malviel and Paveia his wife had in St-Germain-Village which they gave the hospital in alms. Chapel of St John in the castle of Beaumont-le-Roger. 1162. [25 December 1161 × 24 March 1163]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fos 12r-13r (s. xiii).

Noticed, A. Le Prévost, *Notes et mémoires pour servir à l'histoire de la département de l'Eure* (3 vols, Evreux, 1862-69) ii, 553-4; *Calendar of Documents preserved in France* i, 908-1216, comp. J.H. Round (London, 1899), 243; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 670, no. 72.

B

G. comes Mell(enti) omnibus hominibus suis prepositis. ministris. bailliis. tam presentibus quam futuris. salutem. Notum uolo esse omnibus dei ecclesie filiis tam presentibus quam futuris me in perpetuam elemosinam infirmis fratribus sancti Egidii de Ponte Audom(ari) concessisse et dedisse ea que subscripta sunt. et assensu Agnetis comitis uxoris mee et Rob(erti) filii mei confirmasse. In prepositura mea de Ponte Audom(ari) triginta libras per annum. ita ut singulis mensibus quinquaginta solidos inde habeant. et septem marcas de redditibus meis in Anglia. et quadraginta carratas lignorum ad propriam meam expensam adducendas usque ad Pontem Audom(ari) per singulos annos. Et decem acras alneti mei subtus Pontem Audom(ari) et duas acras meorum pratorum iuxta fossam uetularum. et unam carrucatam terre desuper boscum ardearum. et de toto uino meo quod ueniet mihi de uinea mea de Belm(on)te et de uinea mea de Sahus et de uinea mea de Cruce plenariam redecimationem et de toto uino meo quod ueniet mihi de Francia siue per terram siue per aquam duas partes redecimationis et duos burgenses ad seruitium eorum ab omni consuetudine quietos et medietatem totius decime conrediorum domus mee siue in Normannia siue in Anglia et tres millenarios harengorum apud Pontem Audom(ari) et duas quadrigas ad ligna eorum adducenda de Brotonna quietas a consuetudine et unam carrucatam terre apud Brionnam. et hospitem quandam apud Brionn(am) solutum et quietum et unam masuram terre in prato apud Montfort(em). solutam et quietam ab omni consuetudine. et ecclesiam de Esturmilistria cum decimis et terris et rebus omnibus ad eam pertinentibus dono Salesberiensis episcopi ad uestitum sacerdotum et domum que fuit Rog(eri) de Hanton' quietam ab omnibus talliis et consuetudinibus et plenarie ab omni re et per terram et per aquam et unum tractum in Risle ad festum sancti^a Egidii. Item preterea concessi et confirmaui similiter ut proprias donationes aliorum necnon et ipsorum fratrum emptiones et acquisitiones ad terram meam pertinentes uidelicet terram illam quam emerunt apud Boscum Goiet a Normanno meo armigero et terram unam subtus boscum ardearum quam habent a Rob(erto) de Formouill' in perpetuam elemosinam unde ipse habuit de recognitione septem libras et quatuor solidos Carnot(enses) me ipso teste. et terram quamdam iuxta pratum eorum quam Rad(ulfus) Croc uendit eis pro .xii. solidos Carnot(enses). cuius terre molituram Rad(ulfus) Efflanc quietam clamauit eis et inde habuit duodecim denarios Carnot(enses) et

terram unam collateralem domui ipsorum quam Willelmus de Vanescrot et Hugo Harenc dederunt sancto Egidio in perpetuam elemosinam concedentibus filiis et fratribus et cognatis suis. vnde ex recognitione habuerunt tres marcas argenti et dimidiam et uiginti et octo sterlingorum et Ric(ardus) Harenc .xii. denarios. Hugo de Bailo .xii. denarios. Et terram unam fere unius acre desuper domum infirmorum quam Petrus filius Ansgeri dedit eis in perpetuam elemosinam. Et terram illam quam Beatriz filia Anschetilli buticularii eis uendidit septem marcis argenti et terram quam Rad(ulfus) Burbote eis uendidit duabus marcis argenti et quietationes predictarum terrarum quas dantes uel uendentes dederunt sancto Egidio. quantum ad ipsos pertinebat. et viginti acras terre in Hispania. quas Thomas de Bellomonte et filius eius dederunt eis et pascua sua animalibus et omnibus eorum quiete et libere. et eius terre quietationem liberam que ad ipsam pertinet. et ad omnes alios quam debet ipse quietare. Et terram ipsius Thome de Coldreio in bosco et plano et pratis quam dedit eis assensu Rad(ulfi) Efflanc de cuius feodo est hec terra. et haïam unam cum fossa iuxta pratum quam Rad(ulfus) Efflanc dedit eis. et concessit ei quietationem moliture et seruitii de eadem terra quantum ad ipsum pertinet. Et terram de Fonte quam Willelmus de Tibouuill' dedit eis. et unam acram terre quam Paganus de sancta Maria dedit eis in dedicatione ecclesie. et terram quam Giroldus Puella dedit eis. et quatuor acras terre quas Ricardus Bigot dedit eis pro Gilberto Brocart infirmo de hereditate ipsius Gilberti. Donum etiam quod dedit Naim' de Ualle. scilicet quatuor acras terre pro Rogero filio Roberti Poteri quem^b Naim' posuit in domo sancti Egidii^c leprosum. Et hoc factum est me presente et testificante. et plenam quietationem et immunitatem totius consuetudinis et iuris et dominii quod Odo Maluiel et Paueia sua uxor habebant in duabus domibus sui feodi in Bolgerue quam dederunt sancto Egidio in perpetuam elemosinam. Anno ab incarnatione domini m^o.c^o.lxij^o. scripta est carta ista in capella sancti Iohannis apud Bellomontem.

^a fo. 12v. B. ^b que B. ^c fo. 13r. B.

No. 80 Pontaudemer, hospital of St Giles

Letter to Pope Eugenius III soliciting his privilege and confirmation of the grants the count and others have made to the community of sick brothers and their clerks set up near Pontaudemer according to the rule devised the late Bishop Ivo of Chartres. He particularly asks for the pope's support in the matter of the church of Lessness (Kent) which King Stephen of England granted to the brothers, which they long enjoyed but which he has learned that they have since lost, as the archbishop of Canterbury has attested. The grants of the count and his men are listed as elsewhere for the pope's information. [1150 × 1153]

A = Pontaudemer, Hospice civile, boîte série A-B, prieuré S. Gilles, portefeuille 29, chemise 1.

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fos 4v-5v (s. xiii). C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, pp. 475-6 (s. xviii^{inc}) *cette charte est scellé en cire rouge sur double queue en lac de cuir.* D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fos 190r-191v (s. xviii^{inc}) from C.

Printed, G-A. de la Roque, *Histoire généalogique de la maison de Harcourt* (4 vols, Paris, 1663) iii, 42-4; Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 662, no. 45.

Reuerendo patri ac domino suo Eugenio dei gratia summo pontifici .G. comes Mellenti sue sanctitatis filius salutem et filialis obedientie deuotam supplicationem. Si mendico discurrenti ac petenti sibi necessaria dandum esse clamet auctoritas quam ex contractione caritatis siue nequitia transgredi uel contraire saluti est contrarium atque dampnabilis hiis specialiter pauperibus quos extra communem hominum conuersionem eici et seorsum uiuere sua facit infirmitas ultro est offerendum atque conferendum unde uitam trahant atque sustineant usque ad finem miserie et ex sufficientia uictus et uestitus aliquod anxietatis continue inuenient solatium ac leuamen. Cuius rei animauersionem ego suscipiens a spiritu consilii et sanctie illuminante quem edocet rerum mei fisci et iuris hereditarii seorsum assignatam partem meo preripui et ablegauī successori ac firmata bona uoluntate preueniente illius gratia qui hilarem eligit datorem hanc assignauī in perpetuam elemosinam et concessi infirmorum fratrum et clericorum cum eis deo seruientium miserando conuentui qui prope uillam meam que dicitur Ponsaudomari. in ecclesia sancti Egidii constituti sunt ad religionis regulam que ab Iuone honeste memorie Carnotensi episcopo prouide et sapienter est instituta. Sed quam dies mali sunt et ut conicitur ex presentibus instant grauiore propria mea uel aliorum dona et concessionem sive acquisitiones quarumlibet possessionum ad feodum meum pertinentium quas iuste possident. in presenti carta subscribi feci et sigilli mei munimento confirmaui ac pro supplicibus supplicare uestre maiestati congruum duxi et eis utile ut opus dei inter homines apostolici auctoritate priuilegii ratum faciatis et stabile et apud presentes et posteros inuiolabile. preter hoc autem ex habundantia caritatis uestre plenam canonice iusticie satisfactionem eos habere^a faciatis super ecclesia de Luines quam com rebus ad eam pertinentibus rex Steph(an)us ad salutem anime sue eis dederat et propria carta donum confirmauerat que regalis fisci basilica nullis aliis ante data fuerat cuius inuestituram ac beneficia predictos fratres per longum tempus habuisse sed iniuste amisisse nouit ac testatur Cantuariensis archiepiscopus qui super iustitia faciendi ab eis apostolici exagit mandati litteras sed his actenus interpositis subscribuntur possessiones predictorum fratrum. Inprimis itaque do eis in prepositura mea de Ponte Audomari .xxx^a. libras per annum ita ut singulis mensibus .l^{ta}. solidos inde habeant. Item septem marcas de redditibus meis in Anglia. et .xl. carratas lignorum usque ad Pontem Audomari eisdem fratribus adducendas. Item decem acras de alneto meo subtus Pontem Audomari ad orta siue pascua et duas acras meorum pratorum iuxta fossam uetularum. Item unam carrucatam terre desuper boscum ardearum. et de toto uino meo quod ueniet mihi de uinea mea de Bellomonte et de uinea mea de Sauhus et de clauso meo de Cruce plenariam decimam. Item de toto uino meo quod ueniet mihi de Francia siue per terram siue per aquam constituo eis et concedo duas partes decime et duos burgenses ad seruitium eorum quietos ab omni consuetudine. Item medietatem totius decime conrediorum domus mee siue in^b Norm(annia) siue in Angl(ia). Item tres millenarios harengiorum apud Pontem Audomari. Item concedo eis duas quadrigas ad ligna eorum adducenda de Brotunna quietas ab omni consuetudine. Item unam carrucatam terre apud Brionium et hospitem quendam apud Brionium solutum et quietum ad facienda eorum negotia. Item unam masuram terre in prato apud Montem fortem solutam et quietam ab omni consuetudine apud Montem fortem. Concedo etiam ecclesiam de Stuministria cum decimis et terris et omnibus rebus ad eandem pertinentibus predictis fratribus quantum ad laicam pertinet potestatem que iuste et canonice eis data est dono Salisbiriensis episcopi. cuius est parrochia ad uestitum sacerdotum cum illis deo seruientium et ipsorum infirmorum. Has omnes donationes ego .G. comes de Mellent(o) posui super altare sancti Egidii omni populo presente de Ponte Audom(ari). Donationes etiam baronum et amicorum meorum. Istis autem mei iuris et proprietatis donationibus propter confratrationem asseensus mei atque presidium subscripta sunt aliorum dei fidelium dona collata ipsis fratribus necnon eorum coemptiones et acquisitiones quas in terra mea iuste possederunt et possident. uidelicet terra illa quam

emerunt apud Boscum Goieti a Normanno meo armigero. Item terram unam sub bosco ardearum habunt a Rodberto de Formouilla quam ipse pro salute anime sue eis et antecessorum suorum eis dederat in perpetuam elemosinam unde etiam habunt in recognitione .vii^{tem}. libras et .iiii^{or}. solidos Carn(otenses) .G. comite de Mell(ento) concedente et testante. Radulfus Croc uendidit eis quamdam terram iuxta pratum eorum pro .xii^{cim}. solidis Carn(otensibus). Pro multura huius terre habunt Rad(ulfus) Efflanc .xii^{cim}. denarios Car(notenses) quia quietam eam concessit. Will(elmus) de Wanescrot et Hugo Harenc dederunt deo et sancto Egidio et eis in perpetuam elemosinam terram suam collateraram domui ipsorum ex parte orientis. concedentibus filiis et fratribus et cognatis suis. unde ex recognitione habuerunt tres marcas argenti et dimidiam et .xxviii^{to}. stell'. Ric(ardus) Harenc .xii^{cim}. denarios. Rad(ulfus) vero frater eius .xii^{cim}. denarios. Hugo de Bailluel filius Will(elmi) de Wanescrot habuit .xii^{cim}. denarios. Item Petr(us) filius Angeri dedit eis in perpetuam elemosinam terrulam quamdam fere unius acre desuper domum ipsorum^b infirmorum. Item Ricardus Broc et frater eius et Rodbertus presbiter filius Feroudi hereditatem suam de uilla sancti Sansonis quam per duellum dirationauerunt contra Rad(ulfum) de sancto Sansone predictis fratribus uendiderunt .xxx. et .vi. libris Carn(otensibus). et hoc assensu Godardi de Uallibus. qui tunc preerat terre illi. unde etiam ipse habuit sexaginta solidos Kar(notenses). Item Beatrix filia Anschetilli pincerne eis uendidit terram suam .vii^{tem}. marcis argenti de clause. Item Rad(ulfus) Birbete ab eis accepit duas marcas argenti pro uenditione terre quam in uadio posuerat. Harum uero predictarum donationum^b terrarum quietationes quantum ad ipsos dantes uel uendentes pertinet uiri predicti dederunt pro salute animarum suarum et uendiderunt predictis fratribus. Thomas de Bellomonte et filius eius dederunt eis .xx^{ti}. acras terre in uilla que dicitur Ispania et pascua animalibus et ouibus eorum quiete et libere et eius quietationem liberam que ad ipsam pertinet et preter hoc terram suam de Coudreio in bosco et plano et pratis et hoc assensu Radulfi Efflanc de cuius feudo est hec terra. qui sui domini hauiam unam cum fossa iuxta pratum eis dedit et concessit eis plenarum quietationem molture et seruitii de eadem terra quantum ad ipsam pertinet. Item Rad(ulfus) Paruus dedit masuram iuxta terram in Bulgerura. Radulfus filius Gilleberti dedit eisdem in eodem uico unam masuram terre. Guill(elmus) de Tibouvilla dedit eis terram de Fonte. Paganus de sancte Maria in dedicatione ecclesie unam acram terre. Giroudus Puella frater eorum domum suam dedit eis cum terra sua ad eam pertinente infra riuum et extra. et unam aream et duas de clauso suo dimidias contiguas et duas acras terre. Harum autem et emptionum et acquisitionum. testes sufficienter assignati sunt in alia carta eiusdem munimenti quorum in parte subscripta sunt nomina et signa in presenti pagina. Robertus de Nouoburgo § ego Rodbertus dapifer comitis § ego Gaufridus Bertrannus § ego Galeranus comes Mellenti § ego Rodbertus filius comitis § ego Agnes comitissa § ego Thomas de Tornebu § ego Ricardus Bigotus § ego Radulfus de Magneuilla §.

^a eos habere repeated in A. ^b word omitted in A, but present in C.

No. 81 Pontaudemer, hospital of St Giles

Grants to the sick brothers of Pont Audemer under the rule of Grand-Beaulieu de Chartres at the initial foundation of the house, including a record of the grant of the tithe of Le Landin (Eure) not featured elsewhere. [1135] spurious

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 7r-v (s. xiii) rubr. *donationes facte infirmis fratribus de Bello Loco sancti Egidii apud Pontem Audom' anno ab incarnatione domini M^o.C^o.XXX^o.V^o*. C = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 4, p. 189 (s. xvii). D = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 8, pp. 389-90 (s. xviii^{inc}). E = Paris, Bibliothèque nationale, Collection du Vexin, 12, fo. 118r-v (s. xviii^{inc}).

Printed (French translation), A. Le Prévost, *Notes et mémoires pour servir à l'histoire de la département de l'Eure* (3 vols, Evreux, 1862-69) ii, 554-5. Noticed, G-A. de la Roque, *Histoire généalogique de la maison de Harcourt* (4 vols, Paris, 1663) iii, 38; iv, 2273; E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 652, no. 11.

B

Ego Galeranus comes de Mellent(o) pro anima patris mei et antecessorum meorum necnon etiam pro redemptione et salute anime mee concedo et in perpetuum constituo infirmis fratribus de Bello Loco sancti Egidii apud Pontem Audom(ari) ad serviendum ibidem deo uiuo et uero in ordine et religione ad formam et institutionem Belli Loci de Carnoto hec subscripta. Item inprimis itaque. constituo eis in prepositura mea de Ponteaudem(ari) .xxx^{ta}. libras per annum. ita ut singulis mensibus habeant quinquaginta solidos. Item do etiam eis ad uestes .vii^{tem}. marcas argenti de redditibus meis de Anglia et hoc ad terminum sancti Michaelis. Item do etiam eis .xl^{ta}. carratas lignorum adducatas eis usque ad Pontem Audom(ari). Item do etiam eis de alneto meo subtus Pontem Audom(ari) .x^{cem}. acras ad hortos et pascua. Item do etiam eis duas acras pratorum meorum. Item do etiam eis unam carrucam terre desuper boscum ardearum prope domos ipsorum fratrum. Item de toto uino meo do quod uenit ad cellaria mea de uinea mea de Bellomonte. et de uinea mea de Sahus et de clauso meo de Cruce plenariam decimam. Item de toto etiam uino meo quod ueniet mihi de Francia siue in baccho siue in nauibus siue etiam per terram. constituo et concedo duas partes decime. Item concedo etiam eis in Ponte Audom(ari) duos burgenses ad seruitium eorum quietos ab omni consuetudine. Item do etiam eis medietatem totius decime conregiorum domus mee domi siue extra. Item do etiam eis plenariam decimam de haia mea de Lendino et omnium que de eadem exhibunt. Item de etiam eis tres millenarios allechum ad Pontem Audom(ari). Item do etiam eis medietatem noui molendini de Ponte. Item concedo eis duas quadrigatas ad ligna eorum adducenda de Brotonna quietas a consuetudine. Has omnes donationes Gal(erannus) comes de Mellent(o) posuit super altare sancti Egidii coram omni populo presente dompno Girauldo de Bello Loco. Donationes etiam baronum^a et amicorum suorum. Item Gal(erannus) comes de Mell(ento) dedit deo et sancto Egidio apud Pontem Audom(ari) et infirmis fratribus unam carrucam terre de Brionnia pro anima sua et antecessorum suorum. presente dompno Rad(ulfo) Cantel monacho de Tyrun.

^a boronum B.

This is the opening section of a later twelfth-century pancarte copied into the hospital's cartulary, and though it may record the initial grants the count made, it is clearly a confected text.

Notification to his prévôts, officers and bailiffs that he has granted St-Gilles all his land between Toutainville (Eure) and Pontaudemer in alder groves, moorland and pasture, in alms for the souls of himself, his wife and children, and for his brother Earl Robert, his wife and children. [1144 × 1166]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 17r-v (s. xiii).

Noticed, E. Houth, 'Galeran II comte de Meulan, catalogue de ses actes,' *Bulletin philologique et historique jusqu'à 1610* (1961), 673, no. 83.

B

G. comes Mell(enti). omnibus hominibus suis prepositis ministris bailluis tam presentibus quam futuris, salutem. Notum uolo esse omnibus sancte ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod pro salute anime mee et uxoris mee et liberorum meorum et Rob(erti) fratris mei et uxoris^a sue et liberorum suorum dedi in perpetuam elemosinam deo et ecclesie sancti Egidii de Ponte Audom(ari) totam terram quam habebam inter Tosteniuill' et Pontem Audom(ari) in alnetis et marescis et pascuis.

^a fo. 17v. B.

Toutainville was the first settlement on the Risle seawards of Pontaudemer which was not part of the count's honor, being demesne of the honor of Conteville, apart from the holding there of the abbey of St-Pierre-de-Préaux, hence it's terminal point in this grant.

No. 83 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his justices, officers and prévôts of Normandy that he has granted St-Gilles the house of Roger of Hampton quit of all tallage and custom in everything and everywhere [1142 × 1166]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fo. 96v (s. xiii).

B

G. comes Mellett(i) omnibus suis fidelibus et amicis et iusticiis et ministris et prepositis totius Normannie tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me dedisse et inperpetuam elemosinam concessisse deo et sancto Egidio et infirmis de Ponte Aud(omari) domum que fuit Rogeri de Hant' quietam ab omnibus talliis et consuetudinibus et plenarie ab omni re et ubique. T(estibus) Roberto filio meo et aliis. W. de Pinu. Rob(erto) de Formouill'. Gaut(ero) de sancto Sansone. Rad(ulfo) filio Aub(er)ee. Rad(ulfo) filio Teroud(i). Th(oma) seruiente^a. Crispin(o). Rob(erto) le Brun. Rog(ero) de Tabarie.

^a seruiens B.

No. 84 Pontaudemer, hospital of St Giles

Notification to his justices, officers and prévôts that he has granted that the occupant of the house of Roger of Hampton might enter the hospital of St-Gilles with his movable goods and assets if it so happens that he should fall ill [1135 × 1166]

B = Cartulary of St-Gilles-de-Pontaudemer, Rouen, Bibliothèque municipale Y 200, fos 96v-97r (s. xiii).

B

G. comes Mell(enti) omnibus fidelibus suis et amicis et iustic(iis) et ministris et prepositis. tam futuris quam presentibus. salutem. Sciatis me concessisse homini in domo Rogeri de Hantonia manenti quod suscipiatur^a in ecclesia de^b sancti Egidii de Ponte Aud(omari) cum catallis et facultatibus suis quas ei deus prestiterit ex quo uoluerit et quia sit infirmus hoc sigillo presenti carte confirmo. T(estibus) Rad(ulfo) priore qui fuit monachus de Tiron. W. de Pinu. Rob(erto) de Fomouill'. Rog(ero) de Altaribus. Rog(ero) filio Goisberti. Ric(ardo) Uue. Rob(erto) Hayt. Rad(ulfo) Fursi.

^a fo. 97r. B. ^b B has et here.

No. 85 Pontaudemer, hospital of St Giles

